

Es handelt sich um einen auch innerhalb der Gregorregister nur schmal überlieferten Brief; auch hier ist, wie bei Stephan II., der Singular des päpstlichen Absenders zum Plural verändert.

Die beiden folgenden Briefe Hadrians I. (JE 2445 und 2479) gehören zusammen:

JE 2445: Hadrian I. an Bischof Egila (783–785), MGH Epp. 3, Cod. Carol. Nr. 96, S. 644,3–24

JK 638: Gelasius I. an die Bischöfe Illyriens (Aug. 494), ed. O. Günther, Collectio Avellana Nr. 101 (CSEL 35,1, 1895) S. 464,7–465,8

*Audientes orthodoxam vestrae dilectionis in Christo constantiam atque ita vos antiquae fidei communionisque sinceris traditionibus inherentes, ut mentem christianaē deditam veritati nullatenus inficerent prevaricatorum vicina contagia, magnificavimus Dominum caritatemque vestram indesinenter laudavimus; quatenus per earum latores, videlicet Saranum diaconum et Victorinum clericum, suscipientes vestrae dilectionis affatus, enucleatius eos reserantes, liquido informati sumus.*

*Et quoniam pro sedis apostolicae principatu huius sollicitudo delegata divinitus cunctis debetur ecclesiis, quam laudabiliter fidei veritatem noveritis et quam sollicitae dominico gregi devotione officii pastoralis impendatis, frater noster Wilcharius, archiepiscopus provinciae Galliarum, – cui et licentiam dedimus de vestris ordinationibus atque auctoritatem: dirigere vos pro orthodoxae fidei sanctaeque catholice ecclesiae predicatione in partibus Spaniensis provinciae – pro vobis nobis insinuante, magnisque gaudiis triumphamus, cum ubique terrarum dominus Sababot semen purae confessionis reliquisse cognoscimus: quod non in petrosa deveniens estu temptationis exaruit nec viae proximum cecidit vagantibus inimicis expositum nec in spinis inruit suffocandum, sed in bonam terram piae devotionis vestrae caelestae sacione dispersum in tricesimum et sexagesimum fructum centenariumque proficit, perfectionem scilicet frumenti dominici mystica locutione designans.*

*Audientes orthodoxam vestrae dilectionis in Christo constantiam atque ita vos antiquae fidei communionisque sincerae traditionibus inherentes, ut mentem Christianae deditam veritati nullatenus inficerent praevaricatorum vicina contagia, magnificavimus dominum caritatemque vestram missis litteris alloqui per religiosos viros filios nostros Cyprianum atque Macarium diacones tota cordis aviditate curavimus,*

*quoniam pro sedis apostolicae principatu, cuius sollicitudo delegata divinitus cunctis debetur ecclesiis, nos vivimus, si vos statis in domino,*

*magnisque gaudiis triumphamus, cum ubique terrarum dominus Sabaoth semen purae confessionis reliquisse cognoscimus, quod non in petrosa deveniens aestu temptationis exaruit nec viae proximum cecidit vagantibus inimicis expositum nec in spinas inruit suffocandum sed in bonam terram piae devotionis vestrae caelesti sacione dispersum in tricesimum sexagesimumque fructum centenariumque profecit, perfectionem scilicet frumenti dominici mystica locutione designans.*